



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1849

XVII. Privilegium des Markgrafen Johann für die Stadt Brandenburg, worin er dieselbe des Schöppenstuhls und mehrerer Vorzüge versichert, vom 3. November 1315.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54022](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54022)

XVII. Privilegium des Markgrafen Johann für die Stadt Brandenburg, worin er dieselbe des Schöppenstuhls und mehrerer Vorzüge versichert, vom 3. November 1315.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Amen. Nos Johannes, Dei gratia Brandenburgensis et Lusacie Marchio, recognoscimus, tenore presentium publice protestantes, quod progenitores nostri illustres pie memorie Marchiones quondam Brandenburgenses, civitatem nostram Brandenburg specialiter diligentes, ipsam pre ceteris elegerunt eamque multis libertatibus et prerogativis specialibus decorarunt. Nos itaque, donationes ac libertates dictorum nostrorum progenitorum approbantes, singulas presentibus confirmamus, tum quia ipsa civitas nostra pre omnibus fulget Banno regio, qui vulgo dicitur Konigesban, tum quia nostri principatus titulum recepimus ab eadem, tum quia totum nostrum dominium ab eadem nostra civitate traxit originem, tanquam a fonte riuli derivantur. Damus igitur predictae nostre civitati Brandenburg hanc prerogativam specialem, ut omnes nostre civitates et opida, per totum nostri domini circuitum site, in suis juribus inquirendis et servandis ad ipsam civitatem Brandenburg confluant et jura sua, tam consulum quam scabinorum, ab eadem recipiant, habeant, postulent, requirant. Mandamus igitur, finaliter statuentes et volentes, ut jura, que Scabini et consules seu jurati predictae civitatis provido et maturo diffinierint et dederint consilio, nullus omnino reclamare valeat aut presumat. Insuper volumus districtius statuentes et arbitantes, ne nos ipsi nec aliquis heredum nostrorum vel successorum aut consiliariorum aut advocatorum aut officialium seu potentum nostrorum alicui infra muros seu jura civitatis ejusdem violentiam faciat vel inferre audeat seu attemptet. Immo volumus, ut unusquisque in civitate gaudeat suo jure, polleat et fruatur, ab omni nostra impetitione seu heredum nostrorum nec non officialium seu potentum nostrorum vel cujuscunque coram Sculteto seu civitatis judice se expurget, prout juris ordo postulat et requirit. Insuper volumus et omnibus nostris potentibus et officialibus sub obtentu nostre gratiae precipimus, districtius prohibentes, ut nullus ipsis burgenfibus seu alicui civium predictae civitatis aliquam inferat vel faciat violentiam extra civitatem in aliquo loco per totius nostri domini terminos. Immo volumus, ut, si aliquis nostrorum officialium seu potentum habeat aliquid adversus quempiam civium jam dictorum, ipsum absque violentia coram aliquo judice conveniat et ipsum, si possit, convincat, prout debitus postulaverit ordo juris. Preterea volumus, ut, quicumque in predicta nostra civitate dignoscitur civis esse seu burgenfis, coram sculteto vel judice civitatis ejusdem jus faciat et recipiat, omni contradictione et excusatione qualicunque procul motis. Volumus etiam et concedimus Burgenfibus predictis, ut ipsi omnes excessus, qui fuerint in ipsa civitate perpetrati, nocturno tempore vel diurno, exequantur, corrigant et judicent, qui hanthasteghe dat dicuntur proprie apud vulgus. Deinde volumus et plenam concedimus potestatem eidem burgenfibus nostris, ut, quaecunque edificare potuerint vel voluerint, infra muros civitatis edificent, dummodo cum ipsis edificiis civitatem emendent et in usum convertant reipublice civitatis. Ceterum damus sepedictae civitati et liberum concedimus campum seu spacium a civitate usque ad vallem, que vocatur Bornelake, ut in ipso spacio pascula suis pecoribus habeant licite et quiete. Insuper volumus, ut pecora predictorum burgenfium per omnes civitatis valvas et singulas exeant et ibidem in campis pascant, quandoocunque ipsis burgenfibus necesse fuerit et videbitur expedire, dummodo villarum per hoc fructus et fegetes non ledantur. Volumus etiam et liberum eidem damus facultatem, ut ipsi burgenfes ad reparationem vie, que Dam dicitur, et pontis ejusdem constructionem seu conservationem ante valvam molendinorum civitatis ejusdem nichil faciant vel facere teneantur. Demum etiam volumus et plenam concedimus potestatem piscatoribus et singulis memorate civitatis inhabitatoribus, ut per totius aequae descensum et ascensum usque ad locum, qui Vurftede nominatur, utantur piscatura et licite fruam-

tur, que Smalvischerye vocatur, quando et quotienscunque ipsis videbitur expedire. Ceterum volumus, ut sepedicti burgenfes edificent, teneant et reparent locum in fossato ejusdem civitatis edificatum, qui theutonice vlotrenne nuncupatur, et omnes fructus, qui civitatem attingunt, ab eodem recipiant et in ipsius civitatis usus distribuant et commoda, sicut hactenus consueverunt. Preterea volumus, dictos nostros burgenfes gaudere privilegio gracie specialis, ut cum fedes cathedralis dicte adhereat civitati, nullus burgenfum civitatis ejusdem aut a viris religiosi aut a clericis aut a laycis aut a personis cujuscunque conditionis fuerint, extra civitatem predictam evocetur aliquo modo vel citetur, sed in castro vel in civitate respondeat juris via, nisi quis contra eos vel aliquem ipsorum in Romana curia judicem obtinuerit specialem. Hec omnia et singula damus et concedimus dicte nostre civitati Brandenburg et burgenfibus ipsius, presentibus et futuris, sicut ab antiquis habuerunt temporibus, perpetue possidenda. Et ut hec omnia a nobis et nostris heredibus et successoribus maneat dictis nostris burgenfibus et civitati penitus inconculsa, nostro sigillo de certa nostra scientia muniri fecimus prefens scriptum in seculorum secula valiturum. Testes quoque sunt illustris domina Anna Ducissa Wratiflavienfis, nostra genitrix honoratissima, nobilis vir Henricus, comes de Luchow, Slatiko dapifer noster, Buffo Gruwelhut, Christianus de gherardistorp, Henricus de Cracow, Petfo de Loffowe, Borchardus de Berthenfleve, Buffo de Mylow, Henningus de Vorland cum multis aliis fide dignis. Actum et datum Spandowe per manum Johannis plebani de gorlyz, nostri Capellani, anno domini M^o. CCC^o. quinto decimo, feria secunda post festum omnium sanctorum.

Nach dem Original. — Gercken's Fragm. March. III. S. 34 ff. No. XV. Geschichtl. Nachrichten von Brandenburg. S. 108 ff.

XVIII. Der Markgraf Waldemar verkauft einige Einkünfte und den Zoll in Brandenburg an Nikolaus Steinhaus und an dessen Sohn, am 6. Juni 1316.

Noverint universi, ad quorum intellectum productum fuerit prefens scriptum, quod nos Waldemarus, die gratia Brandeb. et Lufatie marchio, contulimus et presentibus conferimus discretis viris et honestis civibus, Nicholao et ejus filio Johanni, de Steinhus dictis, eorumque veris heredibus septem talenta cum XIV solidis et duos choros falis cum dimidio choro falis percipienda et habenda in thelonio nostro Brandenburgensi singulis annis et sempiternis temporibus cursibus libere omni precaria et importuno servitio circumscripto. Amplius in hoc scripto publice profitemur, quod discretis domine et honeste uxori predicti Nicholai contulimus et presentibus conferimus medietatem predictorum bonorum nomine dotalitii ad tempora sue vite libere, ut premissum est, percipiendam. Poterunt etiam prefati cives Nicholaus et Johannes aut ipsorum legitimi heredes thelonarios, qui predictum censum singulis annis et deputatis ad hoc temporibus non solverint, in nostris civitatibus, ubi eos esse perceperint, licite detinere, sicut et nos facere possemus, si sepedictus ad nos pertineret census, quousque de prefati census solutione sufficientem ipsis fecerint cautionem. Et pro hujusmodi census quolibet frusto iidem cives pro se et suis heredibus sex marcas Brand. argenti et ponderis persolverunt, de quibus ipsos presentibus quitos et solutos penitus nunciamus, dantes in hujus rei firmiorem certitudinem presentem literam nostri sigilli figura de nostro consensu et certa scientia communitam. Actum et datum in prefata civitate Brandenburg, anno dominice incarnationis millesimo trecentesimo